

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

xit illos in tonstrinam ubi ille tondebatur: ostenditq; lino coopertum. Cū the
bis a principe gymnasii flagris cæsus esset: siue secundum alios corinthi ab Euty
crate: ac pede traheretur ridebat dicens.

Me pede diuino extendens protrahe uelo.

Diocles autem pertractum eum a Menedemo eretriensi testatur: Nam cū esset
decorus & Asclepiadi philiatio usui esse uideretur: tetigit Crates illius coxas di
cens intus Asclepiades: qua ex re indignatum Menedemū traxisse illum: idq; eū
dixisse. Zeno uero citticus in libris de usu pellem ouis quoq; insuisse pallium re
fert: ut esset informior. Erat autem & facie turpis: & cum se exerceret ridebatur.
Solebat autem sublatis manibus dicere cōfide Crates pro oculis & corpore re
liquo. Hos autem uidebis irrisores iam iam ex morbo cōtrahi te beatum dice
re: se autem ociositatis arguere. Dicebat aut tam diu philosophandum eē quo
ad uideantur duces nobiles esse asinarii. Desertos dicebat qui cum assentatori
bus essent: non secus ac uituli cum inter lupos sunt: neq; enim cum illis propin
quos: neq; cum his esse: sed insidiatores. Cum aut sentiret se morti proximam:
inspiciebat seipsum dicens: perge iam amice perge ad inferni sedes statu ob seni
um curue. Erat quippe ex senectute curuatus: Alexandro rogante num uellet re
stitui: ac refici patriam suam: quid ait opus est? rursus enim fortassis Alexander
eam alias diruet. Habere se patriam cōtemptum gloriā & paupertatem fortuna
nunq; casura bona: Diogenisq; ciuem esse inuidiā infidias non metuētis. Memi
nit ipsius & Menander in geminis dicens. Mecum enim ambulabis pallio ami
cta: sicuti cum Crate cynico quandoq; cōiunx & filiam tradebat illis ut ipse ait:
probationi triginta inductis diebus discipuli eius.

Metrocles.

Metrocles Hipparchiæ frater cum prius audiret Theophrastum peripa
teticum adeo corruptus erat: ut cum s̄æpe inter differendum crepitum
uentris emitteret: præ angore animi domi inclusus moraretur contine
re uolens. Hoc agnito Crates ingressus est ad eū consolaturus: ac lupinis ex in
dustria uoratis persuasit quidē illi primum uerbis nihil malī fecisse: fore quippe
qui prodigiū si non & secundū naturam flatum emitteret. Tum uero & ipse in
huiusmodi crepitū erumpens illū ex similitudine operis erexit. Hinc ipsius iam
auditor fuit: euasitq; uir in philosophia eminēs. Hic libros suos ut ait Hecaton
in primo usu combuissit dicens. Sunt ista somniorū phantasmata ueluti delira
menta. Sunt q Theophrasti cōmentaria quæ ex illius ore percepérat: combustis
se ferant: ac dixisse. Vulcane celer age: nihil hic tui indiget thetis. Res docebat
partim emi pecunia ut domum: partim tempore & diligentia ut disciplinas li
berales: diuitias nocere nisi qs eis digne utatur. Obiit senex a seipso suffocatus.
porro discipuli eius fuere Theombrotus atq; Cleomenes. Theōbroti auditor
fuit Demetrius alexadrinus: Cleomenis aut Timarchus alexadrinus & Echeles
ephesus: q & ipse Theombrotū audiuit: a quo Menedemus: de quo postea di